



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Vt quadam vice Ministri meritis Deus potum suis amicis auxerit. Capvt  
XLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

impressit cordi penitus, moxq; cum adole-  
te carmen illud ad finem vsq; decantauit. In-  
rim dum sic ardenti flagraret amore, sibi re-  
ditus est, inuenitq; dextram manum sua  
di impositam, vti eam illius adiuuandi causa  
sub illa impetuosa agitatione collocarat.

*Vt quadam vice Ministri meritis Deus potum  
suis amicis auxerit.*

## CAPVT XLIV.

**Q**UODAM tempore longiori itinere nimis  
fatigatus Minister, serò in extero quodam  
loco ad Inclusorium venit, vbi ea nobis  
hospitio vti constituerat. Cùm autem neque in  
pago, neque in Inclusorio vinum esset, hodie  
quædam virgo lagunculam vino plenam  
habere affirmavit. Sed quid ea est, inquit, in-  
ter tantos? Nam plus minùs viginti ibi aderant  
homines pij, cum alijs qui eo confluxerant, et  
dicere cupientes Ministrum concionantem. Mis-  
sit autem Minister proferri lagunculam, & mes-  
sæ imponi. Quo facto, rogabant eum vt illi be-  
nediceret. Fecit ille in omnipotenti virtute la-  
lutiferi nominis IESV, primusque ipse in  
bibit, eo quod sitiret ex itinere: præbuitq; et  
iam alijs, qui inde omnes biberunt. Repor-  
tatur autem publicè in mensam laguncula de-  
ctis cernentibus, nec quicquam infundebat  
vel aquæ, vel vini, quod nullum ibi erat aliud  
iterumq; atq; iterum ex eadem bibebant. Lagun-  
cula: sed quia vehemens eos tenebat desiderium  
audiendi verbum DÈ I; diuinitum illud mira-  
culum

Ioan. 6.

Ministri be-  
nedictione  
vinum auge-  
tur.

culum nemo aduertebat. Tandem vbi ad se redierunt, Deique potentiam in illius vini augmentatione perspicue depræhenderunt, laudabant Deum, & id miraculi sanctitati Ministri assignare volebant. Quod ille nulla ratione ferens, ait: Non est filij, quod me huius rei authorem putetis: sed omnipotens Deus castâ hanc hominum sodalitatem pro ipsorum piâ fide & corporali & spiritali potu recreauit.

*De quibusdam afflictis hominibus, singulari fide  
Ministro deuinctis.*

## CAPVT XLV.

**E**Rant in vrbe quadam duæ haud mediocris sanctitatis personæ, Ministro familiares, quæ tamen secundum spiritum diuersa admodum ratione traherentur. Altera erat celebris apud homines existimationis, diuinatq; affluebat suauitate. Altera nullius erat nominis Deusque perpetuis eam exercebat afflictionibus. Vtraque autem mortua, nôsse cupiebât Minister quam dispar earû esset præmium in illa futura vita, quandoquidem tam dissimili htc vixissent modo. Itaq; manè cuiusdam diei apparuit ei illa celebris opinionis, dixitq; se etiamnum in purgatorijs retineri locis. Illo interrogante, qui id fieri posset: Respondit se nullam aliam ob culpam id perpeti, quâ quod ex illa sui existimatione quædam eius animo spiritalis superbia obrepisset, cui non satis celeriter resisterat: at tamen pœnam eius breui finiendam. Altera quæ hic abiecta & de-

Rr

pressa